



**R.D. Iacobi Marchantii, Pastoris Et Decani Covviniensis
SS. Theolog. Professoris, Rationale Evangelizantivm**

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

Dom. XX. post Pent. Lect. 32. quadrip. Domine descende, priusquam moriatur filius meus. 1. pars explicat causas regentes Regulum ur ad Christum accedat. 2. quomodo ejus exemplo partes solliciti esse ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56372)

De qua re agens Iosephus lib. 4. c. 3. sic dicit: *Fuit hic casus eo miserabilior, quod nemo propinquorum aut cognatorum eius esset miseratus, ut totus quantus erat populus antedictorum oblitus, laus acclamationibus detententiam comprobaret.* Sic igitur obmutescen- te illo qui non habebat vestem nuptialem nemo pro- co loquitur, sed pronuntiat in eum sententia om- nes discumbentes suffragantur: Si autem antea rogasset amicos, potuissent illi eum iuuare ad hanc vestem nuptialem sibi comparandam, ut dignus fieret Sponsi consortio.

Exempl.

Audi quod in Chronicis Ordinis Cisterciensis hanc rem concelebramus. Cuidam religioso ageritudo correpto, & in cubiculo infirmorum de- rento apparuit hęc visio Videbar pretiosa quedam indumenta ex sericis, & aureis pannis preparari in eadem domo. Cum verò ambiguus hęretet cogi- tans cuienam illa prepararentur, mox responsum ac- cepit: Vestem illam esse vestem nuptialem cuiusdam anime de Abbacia Clare vallensi, quę modò pro- cessura erat ad nuptias; & quia minus in se habebat pulchritudinis, quam conveniebat conditioni suę, oportebat ut hac præclara veste induta coram Spon- so æterno compareret, in cuius conspectu non so- lum macula peccati, sed nec ruga negligentię po- rest apparere, quam charitas non operat. Eadem ergò hora datum est signum fratris ibidem mori- entis, de quo reperit, quod licet innocenter vixisset, parvas tamen negligentias admiserat, quas Fratrum merita, & orationes tegere debuerunt. Sic pia devotio Fratrum morientis assistentium hunc adiuvit ad comparandum sibi vestem nuptialem omni ex parte perfectam & immaculatam, ad in- grediendum ad nuptias cum securitate, quia dum tempus ei vitę superavit, adiuvari ceterus potuit. Non potuit verò adiuvari hęc, de quo nostrum agit Evangelium, quia tempus non erat amplius.

Cöclusio

Tandem subiicitur Evangelica hęc conclusio alibi rursus inculcata: *Multi sunt vocati, pauci vero electi.* Quasi diceretur: Quod huic coniu- accidit, multis acciderit: hic enim vnus omnium reproborum typus est. *In hoc vno respulso omne ma- lorum corpus exprimitur,* inquit Sanctus Gregorius homil. 38. Atque etiam verum est multos fuisse vo- catos, paucos venisse, & ex illis ipsis qui venerunt, non omnes electos esse. Erata id tam de Ethnicis & Iudeis, quam de Christianis verum est. Illi vo- cati non veniunt, hi veniunt sine nuptiali veste. Multi itaque vocati sunt per fidem, pauci illam fi- dem bonis operibus adornant. Multi vocati sunt ad gratiam, pauci electi ad gloriam. Multi vocati sunt ad nuptias Ecclesię militantis, pauci electi ad in Ecclesię triumphantis. *Considera,* inquit Origenes hom. 2.0 in Matth. *multitudinem homi- num, quę in Ecclesijs congregatur, & discute quanti sint qui converfantur ad disciplinam, & reformantur in virtute sensus sui, quanti autem negligentissimi con- versantes configurantur huic saculo, & videbis quod*

verus est sermo Domini: Multi sunt vocati, pauci vero electi. Concludamus, & dicamus cum quodam pio & erudito: O sententiam duram, toties iteratam, tam certò pronuntiatam, tam parum creditam, tam multum neglectam! Tanta est futura vite pœ- na, ut licet vnus tantum eam ellet passurus, vnus- quisque timere deberet & sibi advigilare: sicut transiente magno hominum numero per pontem titubantem & arctum vnusquisque de casu timet. Cum ergò dicat Dominus non duos tantum, aut tres aut centum, aut mille, sed maiorem partem damnandam, numquid omnes iure debent sibi timere.

DOM. XX. POST PENTECOSTEN. LECT. 12.

Domine descende priusquam moriatur Filius meus. Ioh. 4. *Regulum*

EX Evangelicis Domini gestis factis manife- stum est, cur respiciens futurum tempus dice- bat de Sponso Sponsa in Canticis: *Oleum effusum nomen tuum. Trade me post te, cyrenus in odorem unguentorum tuorum.* Nomen enim Christi, hoc est fama eius, velut unguentum effundebatur v- bicumque transibat, & in odorem suum multos trahebat. Vnde cum ad aliquem locum appelleret Christus, mox turbę confluere eius odorifera fama attractę, & circumstabant eum, verita- tem, pietatem, medelam a vide ab ipso excipien- tes. Ad eò suam odorem sparserat transiens per Samariam convertens Samaritanam illam famo- sam in Sichar, quod instantes rogavit, & impe- trarint ab eo Samaritani, ut aliquot diebus apud eos moraretur, multique crederunt in eum, coelesti- bus eius instructi sermonibus, divina respersi gra- tia. *Post duos autem dies exiit inde, & abiit in Galilaam,* inquit Sanctus Ioannes, & excep- erunt eum Galilæi cum honore propter miracula Jerosolymis in die festo patrata, vbi iterum no- men eius miro odore effusum fuerat, fama eius odorifera etiam ad absentes pervadente. *Petit Quod cum audivit Regulus, qui habitabat in Ciuitate*

Civitate Capharnaum, & ibi principatum aliquem aut gubernium obtinebat. mox abiit ad eum, & rogabat ut descenderet, & sanaret filium suum, ut referatur nostrum Evangelium.

Mirum sane & rarum, cernere virum prenobilitatem, virum regium genere, vel officij dignitate, ad Christum exierat specie vilem & humilem personam, humiliter alloquentem, simpliciter deprecantem. Est enim Magnatibus agnata superbia, qua seipsum solent suspicere, ceteros despiciere, dignitatemque suam intendo alios designari. Indignum nobilitate sua indicant infertores se accedere in persona propria multo magis eis supplices esse. Omne potum, omne granum, omnem lignum habet vermem suum, & alius est vermis parvus, alius grani, alius ligni. Verms autem dicitur verum superbia est. inquit S. Augustinus si divitiarum vermis est superbia, multo magis si divitis nobilitas sit coniuncta. Propterea etiam dixit Salustius: Superbia commune nobilitatis malum est. Sed ad hanc humilitatem Principem hunc & Regulum duo instigant calcaria, afflictio sollicitudinis, & Patris erga filium affectus.

Magnatibus agnata est superbia.

Serm. 11. de verb. Dom.

1. Casus est afflictio filii. Psal. 15.

2. Reg. 14.

Psal. 114.

3. Reg. 14.

Tob. 11.

Secundo, hanc humilitatem extorquet afflictio iunctus amor paternus. Hic enim vere calcar est, vrgens ad properandum pro filio, & ad humiliandum se pro illo. Quid non enim extorquet a Patribus sincerus cordis affectus erga prolem? Hic est affectus, qui calcar addidit animumque & consilium suamiridi, ut veniret ad Eliazum pro puero suo mortuo deprecatur, & pedes eius teneret, non dimissa donec secum pergeret, & puerum suscitaret. Hic idem affectus est, qui Chananaeam premittit ut Dominum premet, opportune importune supplicat pro filia quae male a demone torquebatur. Idem quoque affectus Synagoga Principem impellit ad Christum humiliter adendum, adorandumque, ut filiam recentem defunctam visitet, imponat manum, ac suscite. Non id per alios petigit, sed per seipsum, Princeps licet sit, & Synagoga Princeps, in invidiam collegis propterea haud dubie vocandus. Sic ergo & Regulus noster, affectu paterno vrgente, non per amicum, aut per interpositam personam accedit ad Christum, sed personaliter venit longo peracto itinere: quia tangit Patrem quod filius sit qui adeo periculose aeger est, quod domus haeres, quod auita nobilitas successione non nomen in ipso habitura. Quid non igitur paterna affectio ab eo extorquet? Nulla indecens ei humiliatio videtur, si modo remedium animam agentem reperire valeat. Quid non egi David, quam non subijt humiliationem pro avertenda infirmitate filij sui ex Bethsabee matris? Nunquid non squallidus, & moriens in pulvere & cinere iacuit? Numquid non per plures dies ieiunavit? Numquid non lacrymis vberitatis faciem suam faciemque terrae rigavit? Numquid non corpus & animum suum mittere pro eo afflictavit? O affectus paternus quam potentens es, & ad quem non vrges patrem pro filio zelantem & afflictum!

2. Casus paternus amor.

4. Reg. 4. Mat. 15.

Mat. 9.

2. Reg. 12.

Adest igitur Regulus sollicitus & afflictus coram Domino pro filio suo, eique hanc offert petitionem supplicem: *Domine de conde, priusquam moriatur filius meus, incipit enim mori.* Quali dicat. Vnicus meus est haeres, & solatium meum, spes & columna domus: in flore vitae viduo geratis suae me Patrem lacerabat, nunc omnis spes mea quasi abrupto filo concidit, & meorum me grauis afflicta ob periculum certum vitae eius: tu ergo comparere & patri afflictio: hoc enim potes si eum visere dignatus fueris quia sic poteris & facari. Ex hac petitione Reguli duo delumi possunt documenta moralia.

Primum documentum est Nobilitas & Magnitudo domus, aequae ac pauperum & ignobilium vitales causas habere spinas, afflictiones, miseras, licet floribus appareant exterius amonae coronatae. Nec sceptra, nec diademata, nec purpura, nec aulea, nec laquearia deaurata, nec portae marmoreae benedictae beneque obstruunt impediunt quominus vitae mortalis vitae aeternae, praesentis, sollicitudines, morbi, febres, pleuritides, postulae aequae miseriae ingrediantur. Nulla inanis, nulla satellitum

Decumetia. Primum Nemo liber a miseria.

um excubia hos accere possunt mortis nuncios, si niores, ut cognoscatur accens salutis eorum pio Deo lubet illos immittere. Hi nuncijs aequo pullant zelo, sicque manum eis porrigant pro caelo. Quod pede pauperum tabernas regumque tutres. Sic nul. si vel ob parvos inclinationis pervertat humores, & status, quantum libet felix & melleus appareat, vel ob confortium pestilens, febrem peccati malignam incurere advertantur, adducendi sunt ad veritatem & cruce. Hinc & illud vernaculum nostrum Proverbium.

Il n'a maison ny maisonette,

Qu'il n'a croix, ou sa croissette.

Ista est lex Adam. Ab hac lege Principes non exempti: hoc tributo non sunt liberi Regū liberi. Immo sub sceptro & diademate magis quandoque affligitur & genere cogitur Princeps coronatus, quam sub suo ligone rusticus oneratus. Eleganter

scribitur Boëtius: *Nemo est adeo composita felicitatis, ut non aliqua ex parte cum suo sine vixeat. Anxia enim est humanorum conditio bonorum, & qua ut nunquam tota proveniat, ut nunquam perpetuo subsistat. Hinc enim ea ut non deest, sed est pedori degener sanguis. Hinc nobilitas noxam facit, sed angustia rei familiaris inclusus, mallet esse ignominiosus: ille utroque circumspiciens vitam celibem d'fret, iste maritus felix orbis liberis, consilium alieno nutrit, iste inopis felix orbis liberis, consilium alieno nutrit, iste inopis felix orbis liberis, consilium alieno nutrit, iste inopis felix orbis liberis, consilium alieno nutrit.*

Eccl. 40.

Regulus, & inde affligebatur, sollicitus que erat ut regnum suum amoliri posset, & mortem illius evitare sibi mortem magno futuram. Sic verum est: patet illud: *Timores cor his, adimentio expectationis. & dies finitio nis à resiliens super sedem gloriosam usque à humilitati in terra. & cinere, ab eo qui uritur hyacintho, & portat coronam usque ad eum qui operitur limo erudo. An non id manifestum in Regulo nostro & eius filio?*

Secundū
Parenti
bus incu
bit cura
prolium.

Secundum documentum est, Patres debere curam gerere filiorum: nam hoc ipsum Dominus commendat, dum sollicitudinem Reguli pro salute filii miraculo sibi gratam fuisse comprobat. Sed si patrum est sollicitam agere curam pro salute corporali prolium, quanto magis pro spirituali? Nam Christiani patres non solum carnis, sed & spiritus & animarum debent esse parentes, ut obsequantur aeterno Patri spirituam. Finis Matrimonii est non solum prolem generare huic saeculo, sed etiam per educationem piam & sollicitudinem sanctam eam perfecte generare Deo. Ideo namque instituit Deus matrimonium, ut per proles ab hominibus sancte genitas, sancteque institutas numerum adimpleret Angelorum, qui cum filii essent Dei, à Patre suo & eius aeterna domo per voluntate desciverunt, & exheredati sunt. Novi ergo heredes Deo dandi sunt mediante coniugio per sanctam sollicitudinem & institutionem. Tobias licet caecus non desinebat filii curam agere, caelestibus monitis eum instruendo. Vnde de eo pulchre dicit S. August. serm. 18. de verb. Dom. *Filius Patri porrigebat manum ut ambularet in terra. & Pater filio ut ambularet in caelo.* Hinc imitentur Patres, sic se gerendo erga filios ju-

Christum sapientissimum, benignissimumque Medicum: sive ipse Christus ut medicus frequenter veniente oratione advocandus & adducendus est ad illos. Deesse non poterit votis, si hac de reverentia humili apud eum infertur, Dominus descendens, priusquam moriatur filius meus. Sed cum laetitia tandem audiet patres sollicitus: *Vade filius tuus vivit.*

Sic se gerebat S. Monica, bis Mater Augustini, cernens febrem concupiscentiae carnalis, & contagium pestiferum haereticis in corde filii invaldescere, nocte enim dieque nec corpore nec spiritu quiescebat, Deum exorans cum lachrymis, ut condescenderet dignaretur matris pio voto, & sanaret filium insipientem & incipientem mori. Vnde & à sancto Episcopo quodam, cum quo hac de re agebat, ex patre Dei ex dictum est: *Vade, non potest fieri de n' dicit veritas postmodum patitur, dū voti compos quasi ex ore Domini audit illud idem quod Regulus, Filius tuus vivit.* Non autem aurargentum, aurum quod volubile donum petebat Dominus, sed salutem animae filii sui. An Deus misericordiam sperneret cor contritum & humilatum, maris caele & pie pro vita filij cum lachrymis uberum in terra, ellatis; Absit. Vnde ipsemet Augustinus sanus iam factus matris precibus animae sanatae divina virtute ante relictam agnoscentes, sic dicit lib. 3. Confess. cap. 11. *Misisti manum tuam ex alio Domine, & de profunda caligine crucis animam meam, cum pro me ploraret ad te mater mea seclis amplius quam sene matres corpora fuerat. Videbat enim illam mortem meam fide & spiritu quem ex te habebat, & exaudisti eam Domine, nec despicisti lachrymas eius cum vigerent cor meum in omni loco orationis eius.*

Pia sollicitudo
S. Monicæ pro filio.

Parentes
in cura
suorum
reprehenduntur.

Ceterum nonnulli patres hic reprehendendi sunt & arguendi. In primis illi qui maiorem gerunt sollicitudinem pro filiorum salute corporali quam spirituali. Dum periclitantur, in filiis sanitas, corporis. Medicos & medelam quaerunt magno sumptu & anxio cum labore: dom de sanitate animae illorum agitur, negligunt afferre vel quaerere remedia. Vnde hic dicit S. Aug. *Laboras ut non moriatur homo maritum, & non laboras ut non peccet in aeternum vitium.* Non ponderant in pondere sanctuarum quae ad animam spectant; magis videntur zelum ut quae corpus concernunt. Hinc caecitas in plebique cernitur placentia digna & lachrymis. Deinde arguendi sunt & illi qui tunc primum curam agere videntur salutis filiorum cum serum est, cum incipiunt mori, & supremo versantur in periculo. Non pauci enim laxatis iam habitis viam sequuntur lubricam, vitam aut maxime discunt.

diffolutam, abripiuntur in confortia discriminibus & erimibus plena, quia nimia parentum indulgentia iam illam eis quodammodo iniuriam distulando cum illis. At postmodum cum malum est in veteratum, morbuque insanabilis, cum incipiunt iam mori, optant parentes remedium posse adhibere, nec inveniunt. Sunt hi similes Medico qui initio morbi nihil praescribit, postea cum serum est, varia excogitat remedia, sed frustra; quia sero medicina paratur, cum mala per longas invaluerint moras. Hinc ipsimet parentes puniuntur filiorum pereuntium infelicitate. Quia Heli filiorum perditam vitam initio non coarguit, nec medelam adhibuit aciem vteas paternam indulgentia & lenitate, cogitur postea eorum mortem insulsum deplorare. Et David quia erga Ammon & Absalon nimio affectu ferebatur, illum non reprehendens ob violatam forem ne contristeret, hunc non plestens ob fratricidium, in vtroque puni fuit, dum vnus gladio, alter lancea confixus perit, cor Patris grauilime confegus. Noxia certe Absaloni fuit paternam indulgentia, ita vt ex illa exitum traxerit. Vnde S. Chrysolost. hom. 10. de Abalone sic hac de re loquitur: *Offendit David filium, quia fratrem in eum noluit vitare, sed paritiam, semper enim scelera dum non veniunt, increpant, & in augmenta facinorum profilitur, quos secuta impunitate peccatur.*

Deaque ageud. sunt grauilime illi parentes, qui ita filiorum curam gerunt, vt pro eorum sanitate etiam ad illicita remedia conuertantur. Sic nonnulli ad superstitiones recurrunt pro febre à familia auertenda, ad carulas vel verba vana verularum ad sortilegia & incantamenta, ad afflatum vel artatum superstitiosum, qui non potest prodelle nisi ex pacto expressio vel tacito cum Dæmone. Audi Chrysolost. grauilime hoc reprehendentem hom. 22. *Adligaturus & incantamenta conducus vetulas ebrias & turbantes, illasque in domum tuam introducere non erubescis; quod grauius est, quando hac admonemus putant se excusari dicentes, quod Christiana est hoc mulier excantans, & nihil aliud loquitur quam Dei nomen. Propterea namq. magis ipsas debet detestari quod Dei nomine ad contumeliam vtaritur, quod Christianam se dicent Gentilium opera facit. Nam & Dei nomen Dæmones ferebantur, & tamen Dæmones erant, dicentes Christo: Nonimus te quoniam sanctus Dei es, qui nihilominus eos increpauit & eiecit. Hæc ille vbi recte respondet ad illud quod superstitiosi homines solent dicere (cum reprehenduntur quod pro oculorum dolore, pro febre, aut alijs morbis ad nescio quas orationuculas recitum habent) quod verba sacra sint, & nihil mali contineant. Nimirum dæmon suam malignitatem facit verborum velamine solet occultare; & sicut Deus in sacris mysterijs verborum virtute multa solet operari, ita dæmon tanquam Deissimia nouit nefanda sua mysteria verborum superficietenus factorum cortice v. lar. nomenque Christi & Sanctorum intermiscet, quasi aliquid mellis com-*

miscens vt toxicum celet. Ad hæc ergo remedia confugere, est ad Beelzebub refugium habere, sicut faciebat Rex Ocholias, qui agrotans misit nuntios, dicens: *re, consulite Beelzebub Deum Accaron;* 4. Reg. 1. *utrum vitare quam de infirmitate hac. Sed Angelus Domini misit Eliam in occursum eorum, qui diceret: Numquid non est Deus in Israel, vrentis ad consulendum Beelzebub? Quamobrem hæc dicit Dominus: De lectulo, super quem ascendisti non descendes, sed morte morieris.* Quod si aliqui quandoque hac via sanitatem consequuntur, illa in eorum grauius praiudicium, vel spirituale, vel etiam corporale vertitur: quia dæmon nullum beneficium impendit, quod non ordinet in hominis perniciem. Propterea præclare dicebat quidam, cui in ætitudine letali similia remedia offerrebantur: *Malo mori cum Deo sine tali medico, quam vitare sine Deo, inuicem Diabolo.* Verè vox Christiana est illa, vox fidelis.

Abstine ergo à vobis, o parentes, deserere pietatem propter filiorum vestrorum teneram dilectionem, recurrendo ad superstitionem, etiam si hac via eis polleris prolongare vitam & sanitatem. *Diligebat David filium, ut in agrotum, in sa. & cinere iacebat. Verum neque Diuinos, neque incantatores aduocauit, cum tamen tales non desesset, (vt patet in historia Saulis) sed ipse Deo pro puero supplicauit, inquit S. Chrysolost. hom. 10. in sup. ad Coloss. Sic & ille qui triginta octo annis derentus fuit infirmitate, singulis annis ibat ad piscinam, sed præuentus ab alijs non assequatur sanitatem; non tamen profilit ad eos, qui per applicaturas illam promittunt, sed expectatur diuinam opem, illamque tandem adeptus est. Sic & noster Regulus filium suum cernens ad mortem tendentem, non charulas, aut alia incantamenta circumligauit, non quicquam veritarum artium tentauit, sed ad Dominum supplex prope rauit, quando remedium naturale non succellit.*

Chrisii responsio: *Nisi signa & prodigia uideritis, non credetis,* dura est ad petitionem tanti tantumque honorati viui, purpura & principatu inter Galileos eminentis. Maion comitate & ciuilitate abique dubio sperabat se à Christo excipiendum. Vt ad Regulum & primarius: excipitur autem cum in crepatione & quadam dedignatione: hanc enim præferre videntur verba ista Domini. Sic humiliat, probat, mortificat eum Dominus, antequam beneficium impendat. Non ab similitur se gessit Eliazus, cum Naaman Princeps Syriæ eum accederet pro curatione lepræ. Ad ventante enim illo cum equis, iherdis, comitatu. & stante ante ostium domus, Eliazus nequidem dignatus est egredi, aut eum salutare humaniter & more aulico, sed misit ad eum nuntium, dicens: *Vade, laua te septies in Iordano.* Hoc autem responsum non ita patienter accepit illico Naaman, sicut noster Regulus durum Chrii responsum. Nam iratus recedebat & dicebat: *Parabam quod e, redederat aut me, & si hanc inuocaret nomen*

4. Reg. 1.

Ioan. 5.

PARS II. De responsione Christi ad Galileos eminentis. Maion comitate & ciuilitate abique dubio sperabat se à Christo excipiendum. Vt ad Regulum & primarius: excipitur autem cum in crepatione & quadam dedignatione: hanc enim præferre videntur verba ista Domini. Sic humiliat, probat, mortificat eum Dominus, antequam beneficium impendat.

4. Reg. 3.

Diu

Castro

Parentes in cura

2.

ait, haeres non deicit sanctitatis & virtutis, per sanare, quia eius verbo vel voluntati caelum ei terra quam ipse potestatem Magiltri valeat ostendere. Percurrat omnia saecula, & repenes viros sanctitate & vita admirabili milites, ita ut edis publici miraculis prodigium fuerit Orbis. Sic de nostro saeculo queris, ut aios tacam, repenes S. Pastorem Carolum Borromaeum ter signis & prodigijs effulgente, ut Mediolani ad eius sepulchrum appensa fuerit vira tra. milia tabellatum atrellantium. de miraculo eius ope edita miracula, non solum in Italia sed in Gallia in templo Noltrae Dominae dictae de Laticia; sed etiam in Belgio in monte Acuto, ac in Patria nostra Leodiensi in Templo Dominae nostrae dictae de Fide: ubi ad confirmationem nostrae fidei, & ad conversionem infidelium & haereticorum plurima nostro tempore promicuerunt miracula, certis testimonijs firmata, & scriptis ad posteritatis instructionem consignata.

ra, omnia elementa, omnes creaturae, morbo mnes, & mors ipsa non possunt non obtemperare. Ideo verò dixit, *filium tuum visum*, & non dicit, *sanatus est*, ut ostendat etiam miracum fuisse ad mortem; ponitque eiredditam vitam quam sanitate. Ecce verò fidei perficiunt in Regulo, sanaturque infirmitas Paris polularis, quia subditur: *Credidit homo sermone qui em dixit ei Iesus, et ibat*. Neque solum creditur, sed etiam ut accepto beneficio non foret ingratum totam domum ad fidem in Christum converterit: *Et credidit ipse et domus eius tota*. In fructuosos de Christo, & factus est eis verbi Dei Praeco. Vnde Cyrillus in Ioannem lib. 2. cap. 12. de hoc Regulo sic loquitur: *Christo filij sui sanitatem attribuens, cum videret in domo saluatur, seruientorem iam fidem agendarum gratiarum loco asserens.*

Sic docentur parentes in hoc vnum incumbere exemplo instructo huius Reguli, ut filij credant & tota ipsis commissa familia, ponantque in Deo spem suam; quod quidem fit enarrando eis magna Dei. Propterea Plater dicit: *Quanta mandauit Patribus nostris nota ea facere filij suis, ut ponant in Deo spem suam, & non obliuiscantur operum Domini, & mandata eius exquirant*. Quem locum explanans Saluanus lib. 1. ad ecclesiam hac de re ait: Videtur quas parati opes a parentibus filijs Deus iubet: Non pecuniarios thesauros, nec graues metallo aureo saccos, non superbas excelsis vrbibus domos, non fundos interminabiles & notitiam possessoris sui excedentes, qui consortes patri indigent, & vicinitatem iniuriam parentum existimant, & vicinitatem iniuriam parentum existimant, & vicinitatem iniuriam parentum existimant. Non ergo haec praecipit Deus, nec in seruitia terrenarum procuracionis officia curam patriae potestatis extendit. Paucas sunt quae mandata, sed salutaria scripto bene, sed beatitudine sempiterna: *Ut ponant in Deo spem suam, & mandata eius exquirant*. Cum enim Deus viuorum sit & mortuorum, recte illa parati filijs iudis, per quae in eternum viuent, non per quae in aeternitate morerentur. Haec tenus Saluanus eleganter & sapienter. Felix domus Reguli huius, quae Patri familiae instructione & exemplo credidit tota Deo, & spem suam posuit in eo. Felix quae verisimiliter coralalutis aeterna facta est particeps, ita ut & ipsi sicut Zachaeo poruerit dicere Domini: *Hodie huic domus salus à Deo facta est, quod et ipse filius Abrahae*. Non ita contingat omni familiae, quia cum varij sint plerisque in familijs, vel filij, vel famuli, aliqui ex illis reprobandi, alij verò saluantur, dicente Domino: *Erant duo in agro, unus assimeter et unus relinquens: erunt duo molentes in mola, una assimeter, & una relinquens. Illi sunt serui pro heris in agro laborantes, haec sunt auillae pro pane familiae sollicitae in molendino, nec veriusque eadem fors contingit aeterna saluationis. Sic nec Imael & Isaac, Abeli & Cain, Jacob & Esau, Sem & Cham eadem beata*

Quid parentes docere filios debeant. Psal. 77.

Luc. 19.

Matt. 24.

Pars III De profectu fidei ex sanato filio.

Andem perseverare Regulo in petitione sua, & benignè inceptationem Domini excipiente, ait ei Dominus: *Vade, filius tuus visus*. Sic enim exaudiuit misericordia Redemptoris, quem ob infirmam fidem poterat repellere; ut discamus quod non semper attendat Dominus quid mereamur, sed quod eam indignis beneficentia sua donauit impetrari, ut eius agnoscamus benignitatem. Cerens ergo benignissimus Dominus hominis illius fidem licet imperfectam, superabundanti sua bonitate supplens quod illius deest imperfectio. Vnde dicit: *Non opus est, ut tecum vadam iuxta tuam postulationem, nec corporalis meae praesentia ad eam tem necessaria est, cum virtus mea in omnia se loca diffundat. Ahi tu ipse, & vium sanum, quae filium tuum reperies, ac de facto experientis aulkum me loquamur, & nihil me in quantum tuis dilectum non posse. Sic Patris morbum spiritualem prius curat Dominus quam filij corporalem, prius fidem eius infirmam perficiens & sanans quam filij agitudinem fugans. De hac benignitate Domini sic loquitur Cassianus Diaconus. Constantini nopolitani lib. de libero arbitrio cap. 35. *Absoluta sententia pronuntiamus exuberare gratiam Dei, & erant ed humane infidelitatis angustias. Quod in Evangelio Regulo factum reminiscimur, qui dum facillime credis egrotantem filium posse curari quam mortuum suscitare, praesentiam Domini festinus imploras. Cuius infidelitatem licet Christus arguerit, nisi signa & prodigia videris, non credetis, tamen nos secundum infirmitatem fidei eius gratiam suscitatoris exerceat, nec praesentia corporali, quam admodum credebat, lethales febrium morbos, sed verbo suo potestate excludit, dicens: *Vade, filius tuus visus*. Haec ille. Sic non egubat descendere, qui poterat verbo, nutu, impetu, imò ipsa sola voluntate**

Bbbbb

fore

fortes contigit, sicut in eadem familia agerent, non etiam illi qui familia praesunt, idem possunt erga suos domesticos, prout ne scriptum Evangelium hic indicat dicens de Regulo: *Credidit ipse & domus eius tota.* Audi & hac de re nonnulla ex factis huiusmodi in capitulo tuo accertentur.

Presides exempla suos servaverunt.

Docemur etiam Reguli istius exemplo, quam verum quod S. Fulgentius dicit Epist. 6. ad Theodoros: *Fit ut qui sunt in saeculi culmine constituti, aut secum plurimos perdant, aut secum multos in via salutis acquirant.* Nimirum sicut magarum naues multas secum cymbas trahunt colligatas, & si mergatur, illas etiam secum mergunt; sic contingit & potentibus, ut non solum peccant, sed multos secum in perditionem pertrahant: *Gigantes gemunt sub aquis, & qui habitant cum eis, dicbar olim Job.* Ideo dicit quod non solum gigantes, hoc est magni & potentes, sub aquis gemunt oppressi, sed etiam illi, qui habitant cum eis, qui eorum ministerio & negotijs sunt involuti, quia crebro contingit cum ipsis & hos perire. Quod si ipsi per aquas ad portum contendunt & appellant, etiam trahunt eos, qui sibi colligantur, nec solum salutem consequantur. Certe eorum exemplum & auctoritatem subditos ad eandem fidem pellicere, multis potest exemplis & factis historijs declarari.

Job. 26.

Exempla.

1. Cum Sanctus Mattheus in Aethiopia profectus esset Evangelij praedicandi gratia, ille in primis miraculo quo Regis filiam a mortuis excitavit Regem Patrem & uxorem eius cum universa Provincia ad Christi fidem pellexit, *Breviar. Roman. 21. Septemb.*

2. Constantianus Imperator baptismo a lepra corporali & spiritali emaculatus per Sanctum Sylvestrum, ubique religionem Christianam propagavit, & sublati in iudaeorum simulacris templi Christiano more ad verum Dei cultum exedificavit. Totus ergo impetij conversio ab eo exordium & felicem exitum habuit, progressumque exinde felicissimum.

Exempl.

3. Similiter cum S. Remigius Clodoveum Regem Francorum doctrina & miraculis ad fidem & baptismum induxisset, facile etiam eius exemplo Francos regio obsequio devotos cum toto regno ad eandem fidem perduxit.

4. Sic cum mulier quaedam Christiana captiva Reginae Iberorum (qui sunt Hispaniae populi) invocato Christi nomine sanasset, commouissetque hunc esse Deum, Dei summi Filium, auctorem incolumitatis & vitae, qui Regibus regna distribuit, & mortalibus vitam: factum est exinde Regem hanc sanitate uxoris & doctrina filius mulieris ad fidem converso, ut mox eorum regnum sese dederet in obsequium Christi & fidei Christianae, Legatus missus ad Imperatorem Constantinum, ut Sacerdotes mittere dignaretur, qui caprum erga se Deum implerent. Testis est Rufinus lib. 1. hist. c. 10. & Eusebius lib. 10. c. 10.

Neque vero solum Magnates aut Principes, multum possunt pro conversione subditorum, sed

etiam illi qui familia praesunt, idem possunt erga suos domesticos, prout ne scriptum Evangelium hic indicat dicens de Regulo: *Credidit ipse & domus eius tota.* Audi & hac de re nonnulla ex factis huiusmodi in capitulo tuo accertentur.

Cum S. Laurentius Hippolytum militem (cui traditus erat ad custodiam a Praefecto Imperatoris Valeriani) ad fidem factis monitis & ceteri illuminatione converteret, mox etiam Hippolytus totam suam familiam ad Christianam fidem adduxit. Unde cum Praefectus eum domi suae comprehendisset Eucharistiam lumentem, & ad Imperatorem adduxisset, nec honorum promissis, nec minis potuit eius fides titubare. Cum autem Praefectus in eius domum adventaret, ut facultates omnes publicaret, totam familiam Christianam agnovit, quam frustra a fide deterere conatus est. Quapropter omnes martyrum constanter subierunt extra portam Tiburtinam occisivi & Hippolytus indomitus equis raptatus per loca tribulis & cardus confusa, laecato corpore spiritum reddidit. Constat autem haec familia recens conversa personis octodecim, totaque fuisse recentes victimae sanguine proprio conspersae. Christo Domino immolatae, opera Patris familias in caeli aram translatae. An non igitur de Hippolyto verum est quod & de Regulo: *Credidit ipse, & domus eius tota?*

Similiter Pudentiana virgo, Pudeti Romani filia Christianam religionem admirabili pietate colens una cum sorore Praxede, sua opera effecit, ut tota familia, in qua erant nonaginta sex homines, a Pio Pontifice baptizata esset. Et cum decretum Imperatoris Antonini publice laeta facere vetuisset, Pius Pontifex in aedibus Pudentianae cum Christianis sacra celebrabat. An non & his verum est: *Credidit ipsa, & domus eius tota?* Imo ostenditur adhuc modo patens in illa domo (quae nunc est Ecclesia titulo S. Pastoris, in quem S. Pudentiana cum S. Praxede sorore sanguinem & veneris Martyrum spongia expressum cum alijs eorum reliquijs recondebant. Unde sic habet in scripto lapidi vaticani litteris incisa in ipso Ecclesiae ingressu: *In hac sancta antiquissima Ecclesia, titulo S. Pastoris, a S. Pio Papa dedicata, olim domo S. Pudentiae Senae sororis, & hospitio Sanctorum Apostolorum, tria millia beatorum Martyrum corpora requiescunt, quae Sanctae Virgines Christi Pudentiana & Praxedis suis manibus sepeliebant.* O felix domus, felix familia, Domino fidelis vique ad mortem, in aeternam eius transcripta familiam.

Sic quoque cum Primi & Feliciani stantum constantia appareret in tormentis tempore Diocletiani & Maximiani; cumque in theatrum producti, & leonibus obiecti nihil nocementi acciperent, sed leones prostrati ad eorum genua capite & cauda eis ablandirentur, hoc spectaculo commoti sunt quingenti, & cum suis familijs Christianam religionem susceperunt. *Credidit una, & domus eius tota.* exemplo Patrum familias coaverit, etiam

Handwritten notes in large letters, possibly 'PCE' or similar, written vertically on the page.

crediditque verbo Dei ab idolis averfa. *Breviar.* Rom. 9. Iunij. Deique cum Cyriacus Diacoos missus foret ad Saporem Persarum Regem, Iobiam eius filiam a nefario spiritu eripuit. Hac ratione Regem Patrem cum quadringentis & triginta aliis domelticis induxit ad baptismum, & in vera fide instruxit: eisque Romam rediit Martyrio coronandus, *Breviar.* Rom. 8. Augusti.

Itaque hi omnes, sicut Regulus noster Evangelicus, miraculis iudicij, perfectam fidem sunt affectu: nec soli ipsi crediderunt, sed familiis suis illud eandem fidei & pietatis rationem instillarunt ne forencingrat. Sic adimpletum fuit illis illud Apoc. 12. Apoc. 12. Spiritus & sponsa dicunt, Veni, & qui audit dicat, Veni. Et qui sitit veniat, & qui vult accipiat aquam vite gratis.

Concl. ho.

Concludamus; & ad Christum Medicum benignissimum cum Regulo vota nostra convertamusque ei singuli: *Domine de seculo priusquam moriatur anima mea.* Febis enim varia occupat, & in periculum mortis attrahit: ardor concupiscentie sitis avaritiae, luxuria, profusus calor & iracundia & impatientia perniciosa flamma per eam serpit, depascit, & dispersit: ita ut nauseabunda exarscat & appropinquet ad portas mortis. Tu sapientissimus Medicus es, qui potes ardentem mentis respondere: *Christianus sum.* Quis dicit illam calorem & pestiferam sitim languoremque curare: *Qui sanas infirmitates nostras, qui redimis de interitu vitam nostram.* Hoc potes verbo, hoc solo nos, Christi servus, in credibili vero agerabatur in potes imperio. Fac igitur haec nobiscum dignanter sania, quod vel nomen non possent extorque ab

Ps. 102.

Ps. 102.

Ps. 117.

paraus, eique fidelis, sic & mortuus est iubente Domino, & in osculo Domini, tamquam servus fidelis, Nullo frequentius titulo gloratur Rex & Propheta David quam illo: *Servus tuus sum ego.* *Domine quia ego servus tuus, ego servus tuus Petrus cur re eius Plalmos, & quam frequenter id repetat: idque maximo cum affectu, facile deprehendes ex Palmo 118. ubi decies & quater se servum nominat. Sic & Ionas Propheta interrogatus, Quod opus tuum: qua terra tua: de quo populo es tu? Nihil aliud respondet, Servus Domini ego sum, Deum caeli ego colo qui fecit mare & ardam.* Sic habet lectio Hebraea & Septuaginta Interpretum, loco eius quod nostra lectio dicit: *Hebraeus ego sum, & Dominum Deum caeli ego timeo.* Idem est igitur ac si dicat Ionas, Vos interrogatis me de patria mea & gente, de professione & officio, de negotiatione quam exerceo; & ego nihil aliud vobis ad haec omnia respondeo valeo quam me servum Dei esse, memque lacrum & questum, negotiationem & artificium, denique omne studium non aliud esse, quam illum colere, illum timere, illi servire. Haec est unica & tota professio mea.

Ps. 117.

Ionas.

Sic quidam Martyr, cui nomen Diaconus (de lor & iracundia & impatientia perniciosa flamma quo Fuleb. 11. s. histor) cum in tormentis excarnificatus interrogaretur quis esset, quod genus eius, quae patria, quod nomen: nihil aliud in omnibus respondere: *Christianus sum.* Quis dicit illam calorem & pestiferam sitim languoremque curare: *Qui sanas infirmitates nostras, qui redimis de interitu vitam nostram.* Hoc potes verbo, hoc solo nos, Christi servus, in credibili vero agerabatur in potes imperio. Fac igitur haec nobiscum dignanter sania, quod vel nomen non possent extorque ab eo carnifices. Vnde cadentes laminas xris & ferris adhibentes, ita eum excarnificavit, ut perit in carcerem humana per adultionem defluente in carcerem: & cum toto corpore unum vulnus horretet, tam nobis restitueret. Hoc fac, & tota domus nostra agnoscat non poterat quis esset. Christus tamen in te, omnes vires animae, eo solus approbatur in hac voce sepe ab ipso re-intellectus, voluntas, memoria benedicit tibi: *Virtus, Christi servus sum.* Sic & vet aut in me, & laudabit te, & iudicia tua adiu. Apollolus Paulus in Epistolis hoc tamquam pri-mario honoris titulo gloratur; *Paulus servus Iesu Christi.* Itaque per haec admonemur huic esse hanc unicam fidem nostrae, ut vivamus & moriamur ut nomen illud aequamur, & nominis rem & virtutem. Vt si mane sit nomen (magis opprobrium & confusione dignum quam honore) si servi dicimur, & iusti delictis arguimur erga eum, quem ut Regem & Dominum colere tenemur.

Lect. 33. tripartita

DOMINICA XXI. POST PENTECOSTEN. *Simile est regnum caelorum. In mini Regi, qui voluit rationem petere cum servis. Etc.* Math. 18.

PARS I.

Quomodo per peccatum servus benigne dominum habemus. *Dicitur 13.*

Vocatio Christiana est profiteri Aeterni Regis nos aeternum servos. Eandem professionem mulemur, dicit hoc Evangelium Regem nostrum fecerunt quicumque Deo quocumque tempore placuerit. In hac unica professione gloriari sicut olim vis suis. Huc quidem sic non solum in morte, cum Patriarcha, Propheta, Reges veteris testamenti, in singulos ex illis examinaturos, & iudicaturus hac gloriam & Apollolus Martyres, Sacerdotes, & est, sed etiam tempore vitae huius, cum nos ad nos sancti omnes novi testamenti. Nulla maior de istam revocat conscientiam & per illam nos a communi commendario Moyli, quam ista *Mortuus est pro te, & condempnat De qua te agens S. Greg. 25. Mor. Moyses servus Domini* Vique sicut vixerat in statu dicit: *Debit unicuique mens carnis suae apud Deum, & professione servituti ad omnem Dominum nunc minit, & causas Domini cetera se sollicita inquisitione*

43. 117.